

Malachias

399

homo agrestis sciens venari. iacob autem homo simplex manens in tabernaculo. Nam reliqua quae lectione comprehensa sunt per uariationem ipsi israel in obseruandis sacrificijs dei: increpationemque in eundem quod eos alienos coluerunt. significant.

Explicit prologus. Incipit argumentum

Malachias aperte et in fine omnium prophetarum dicit de abiectioe israel et uocatione gentium. Non est mihi aut voluntas in uobis dicit dominus exercituum: et manus non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur: et offertur nomini meo oblatio munda.

Explicit argumentum. Incipit Malachias propheta. Caplin I

Quis ubi domini ad israel in manu malachie prophete: Dilexi uos dicit dominus. Et dixistis: In quo dilexisti nos? Nonne frater erat esau iacob dicit dominus. Et dilexi iacob. esau autem odio habui: et posui sepe motes eius in solitudine: et hereditate eius in dracones transferti. Quod si dixerit idumga: destructi sumus. sed reuertentes edificabimus quae destructa sunt: et ego destrua. Et uocabuntur termini impietatis: et populus cui iratus est dominus usque in eternum. Et oculi uestrum videbunt: et uos dicetis Magnificet dominus super terminum israel. Filius honorat patrem et filius dominum suum. Si ergo pater ego sum: ubi est honor meus? et si dominus ego sum: ubi est timor meus? dicit dominus exercituum ad uos. o sacerdotes qui despiciatis nomen meum:

dixistis. in quo despiciatis nomen tuum? Offeretis super altare meum panem pollutum. Et dicitis. In quo polluimus te? In eo quod dicitis: mensa domini despecta est. Si offeratur cecum ad immolandum: nonne malum est? Et si offeratur claudum et languidum: nonne malum est? Offer illud uici tuo. si placuerit ei: aut si susceperit faciem tuam dicit dominus exercituum. Et nunc deprecamini uultum dei ut misereatur uestrum. de manu enim uestra factus est homo: si quod modo suscipiat faciem uestram dicit dominus exercituum. Quis in uobis qui claudat ostia: et incendat altare meum gratuito? Non est in uoluntate in uobis dicit dominus exercituum: et manus non suscipiam de manu uestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum magnum est nomen meum in gentibus: et in omni loco sacrificatur et offertur nomini meo oblatio munda: quod magnum est nomen meum in gentibus dicit dominus exercituum. Et uos polluistis illud in eo quod dicitis. mensa domini contaminata est: et quod superponit contemptibile est cum igne qui illud deuorat. Et dixistis. Ecce de latore: Et exulastis illud dicit dominus exercituum. Et intulistis de rapinis claudum et languidum et intulistis manus. Nunquid suscipiam illud de manu uestra dicit dominus exercituum? Maledictus uolulus qui habet in grege suo masculum: et uotum faciens immolat debile domino. Quia rex magnus ego dicit dominus exercituum: et nomen meum horribile in gentibus.

II Nunc ad uos mandatum hoc o sacerdotes. Si nolueritis audire et si nolueritis ponere super cor uestrum ut uentis gloriam nomine meo ait dominus exercituum: mittam in uos egestatem: et maledicam benedictionibus uestris: et maledicam illis quoniam non posuistis super cor. Ecce ego percussam uos brachium: et dispergam super uultum uestrum solennitatum uestrarum: et assumet uos secum. Et scietis quod misi ad uos mandatum istud: ut esset pactum meum cum leui dicit dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo uirum et pacem et redi ei timorem et timuit me et a facie nominis mei pauebat. Lex uestra fuit in ore eius: et iniquitas non est in uentibus eius. In

59